



023

021

027

017

032

012

072

122

522

Ende

Anfang

— Porro post decursum temporum videntes terrae habitatores aquae istius virtutes, optabant esse rivum magnum, qui campum latum posset irrigare, solum enim parvus rivulus a fonte descendit; foderunt ergo in loco emanationis foveam profundam et latam, rotundam, quae quidem aqua abundabat, sed non super effluebat. Unde fabricata rota grandi desuper labore bestiarum extrahitur aqua de puteo et hodie sunt ibi semper XXX boves ordinati ad trahendum aquam, qui successive ad laborem ponuntur. Decurrit autem aqua per canalia in agrum balsami et in hortum aromatum et in viridarium arborum et ea irrigat. Dirigitur etiam ad loca, ubi sunt de excisis lapidibus muratorum opere facta grandia aqua-